PÆNITENTIA
VICTRIX,
SEU
BERSABEA
MELODRAMMA

Musicis aptatum modulis

A D. CAROLO BECCADELLO

DECANTANDVM

In Oratorio Archiconfraternitatis

SANCTISS. CRVCIFIXI

Feria vj. post quartam Dominicam Quadragesimæ
ANNI IVBILEI M.DCC.





ROMÆ, Typis Ioannis Francisci Buagni. 1700.

Superiorum permissu.

INTERLOCVTORES.

BERSABEA Vxor Vriæ.

DAVID Rex Iſrael.

VRIA Coniux Berſabeæ.

REGIS Conſiliarius.

ARGOMENTO.

Portatoſi il Coronato Profeta d'Iſraele (come ſi legge nel lib.2. de' Rè al cap.11.) per ſoleuare in parte le Cure pur troppo graui, che ſuole ſeco portare il peſo del Reale Diadema, à diporto sù d'vna Terrazza, d'onde l'amena verdura del Reale Giardino vagheggiauaſi, & inſieme inſieme vdiuaſi il placido mormorio de' fonti, vede in vno di eſſi vna nobile, e vaga Donna, che con quei liquidi Criſtalli rendea all'oſcurate membra il ſuo primiero candore, & in vn ſubito n'auampa, ne richiede, la conditione, & il nome, e ſeco nel Real Gabinetto l'introduce. Strano colpo d'Amore, che ſino dall'aque fà naſcere gl'ardori, & in vn tempo, quo ſolent Reges ad bella procedere *(giuſta al dire del ſacro Scrittore) muoue anch'egli vna cruda guerra d'affetti al Core di Dauid. Mà non andando diſgiunti dalla Colpa il rimorſo, & il roſſore, cerca d'occultar queſta, per liberarſi da quelli. Quindi richiamato dal Campo Vria, di Berſabea Conſorte, gl'impone, ch'al patrio tetto ſi porti. Ricuſa Vria li Cen-*

ni Reali, e sul liminare del Reggio Palazzo le stanche membra riposa. Acortosi il Rè non riuscirli l'intento, lo rimanda al Campo con vna lettera diretta à Gioab Generale dell'Armi, oue gl'impone, che dia l'assalto alla Città di Rabba, ed esponga alla prima furia de' Nemici Vria, acciò morto ne resti. Adempisce il commando Gioab, e ne siegue felice il successo, il che risaputosi da Dauid, come ancora da Bersabea; si pentono del fallo commesso, & amaramente piangendo muouano alla per fine la diuina bontà à concederli il sospirato perdono, restando à i Fedeli la certezza,

Che di Dio la Clemenza
Sempre vincere sà la Penitenza.

PARS



PARS PRIMA.

Dau. REGIVM linquite pectus
Mordaces curæ Amoris,
Barbaræ ſcindunt Cor vires doloris.
Pro quam dies funeſta mihi illuxit;
Dum nimium incauto
Lumine Berſabeam in Fonte vidi:
Sic natum inter ſtillas
Amorem ſenſit Cor dantem fauillas.
Puer cœcus ab vnda fatale
Iecit Telum, quod pectore ſtat.
Hinc non ſanguine manat lethale
Vulnus, fletum ſed oculus dat.
Puer, &c.

Vria. Rex potens, cuius tantùm iuſſu
Iſrael pendet, cuius tantùm dextra
Mortem, & vitam Populis miniſtrat,
Inobedientiæ neſcius
Vria regales oſculatur pedes.

Dau. Surge Fidelis, ſurge;
Iam mihi ſatis nota tua fides.
Planta lymphis purgata,

 Dulces

Dulces visita lares,
Cum Coniuge adorata
Illic, & tui, tibi & gentes caræ
Te suspirant, & cupiunt tecum stare,
Inter Rosas rubentes Amoris
Casti tempera cordis affectus.
Quæque in alijs sunt causa pudoris,
Erunt in te iugales effectus.
Inter, &c.

Vria. Non faciam Rex, non faciam;
Castra rursùm tentabo,
Ad Hostium muros fortius dimicabo:
Plus enim laudis cum Ioab perire,
Quam propè vxorem molliter languire.
Curandæ fęmina dedita formæ
Reddit informe
Decus ò Rex.
Si nexus Dalidæ Sampson fugisset
Non ei stetisset
Famosa Nex. Curandæ, &c.

Dau. Ergo si bellum optas,
Te grato dabo Marti:
Hoc scias tamen; Qui consulit Arti
Et falsæ motum sequitur virtutis,
Crebrò subit discrimina salutis.

Vria. Si Cœlo non sum reus,
Ipse Trophæa comparabit Deus.

Ber. Otiosa diffugite fulmina
Montium culmina,
Perdite me;

Iugali

Iugali Thalamo infestæ nequitia
O Pudicitia
Si lęsi te.
Otiosa, &c.
Sed trisulci horrent ignes,
Adeò Cœlis auersum
Caput tangere, & ossa ardere immunda.
Reg.Co: Fata auertantur noxia, & iucunda
Rursùs in vultu tuo luxuriet gratia.
Pluuiæ stellæ,
Pupillæ turbatæ
Temperate
Cadentes tam bellè
In pectora stillas.
Non sperate
Quod flendo micaces
Accendere faces
Sinat Amor, & dare fauillas.
Pluuiæ, &c.
Ber. Meum heu Terra, Mare, Aera, Cœlum
Turpem narrant errorem.
Dum volant lenti
Per frondes venti
Sussurando
Mihi dicunt -- Ah Crudelis.
Si gemebunda
Frangitur vnda
Murmurando
Mihi dicit -- Infidelis.
Dum, &c.

Deus qui cuncta ſuo numine complet,
Qui cuncta in Terris mouet,
Omnia cui parent, cuius Cœli
Supremas narrant laudes,
Vt dicant Auræ, & puniant Bruta errorem,
Iſtis dat vocem, & illis dat furorem.

Reg.Co: Culpa non eſt regium ſenſiſſe Amorem:
Ab immunditia tua
Deſcendiſti à Regali
Tecto ſanctificata;
Subditis diuum ſunt Regum mandata,
Quare feſtina, & tuo occurrens Sponſo....

Ber. Quid narras, quid?

Reg.Co: Vriæ acceſſum, & loquor Regis ore.

Ber. Salit in ſinu Cor gaudio, & amore.

à 2. Lacrymarum comprimite flumina
Crudis ſparſa męroribus lumina,

Reg.Co: Iam accedit,
Ber. Sponſus venit, } qui fugat dolores.

à 2. Natæ eurynomes per ora ridentes

Reg.Co: Roſis cincta,
Ber. Mei dilecti, } caſtèque fluentes

à 2. Lętis facibus volant Amores.
Lacrymarum, &c.

Reg.Co: Acceſſit Sponſus, ſed non tibi acceſſit;
Etenim Dauid olli iuſſit, tecum
Pace frui quieta,
Et coniugales renouare amplexus,
Parui Vria fecit iuſſa, & inquieta

Arma

Arma potiùs elegit,
Quàm fidos tui nexus:
Et si Cordi stat ardor
Cum coniuge infideli
Dulcia miscere verba,
Hoc sume folium, & illi trade, vt promptus
Ferat Ioab, dum ego
In viridario Dauid Regi occurro.

Ber. En rumpo moras, imperio lęta en curro
Veris pater qui flamine leui
Spiras Zephyre, Zephyre veni,
Alas tardis heu pedibus præsta.
Si Rex iubet imago Deorum,
Qui dant cursum motioni Cœlorum,
Mora breuis est Cordi molesta.
Veris, &c.

Vria. Vndique fluunt bella,
Sonant vndique Tubæ,
Ioab sub Papilionibus
Noctes trahit inquietas,
Et Dauid iussa, & mea perfida stella
Conspirant in meliorem
Animæ meæ partem.
Cur me sequere Martem
Vetas ò Rex, & suscitas ardorem?
Ardor pectoris mei, est ardor gloriæ;
Nam solùm dignæ laudis sunt victoriæ;
Et si ab Amoris arcu
Aurea veniet sagitta, erit lethalis,
Si ab hostium manu, dicar immortalis.

In bello mori
Quàm dulce es;
Sic grato honori
Eundi eſt ſpes.
In bello, &c.

Ber. Vria animæ meæ pars prima, & maior
Tuam Rex tentat fidem,
Et rursùs; vt optaras,
Iubet Hoſtes adire.
Folium hoc dabis Ioab;
Rex imperat, & te Coniux orat.

Vria. Fida Vriæ obſeruantia
Dauid mandata lęto Cordi adorat.
Sed quidnam turbat mentem!
Et qualis bellicoſo
Repentinus in Corde ſurgit tremor!

Ber. Tuus me pari telo ferit dolor.
Pande vulnus Vria, vibricem pande;
Aperta Cordis leuior fit plaga.
Acies forte ſurgentes,
Armata vel fortaſsè times castra?
Lętetur Cor, pro te pugnabunt Aſtra.
Dolor fugiat, & lętus
In tuo ſinu rideat fletus,
Quoniam ridet iam victoria
Procul ſtet à Corde metus,
Iam inſontem
Cingit frontem
Lauro Gloria.
Dolor, &c.

Vria.

Vria. Exercituum numen
Superba terens capita,
Et pedum hostes suos ponens scabellum
Testor, Coniux amata,
Quod me non clara inimicorum virtus,
Non breuis Amor vitæ,
Non Mors vel ipsa terret;
Nam pugnando pro Rege,
Si à pectore fideli
Animam Telum rapiet fatale,
Nomen in Telo viuet immortale.

Ber. Ergo ad quid contristaris?

Vria. Cogit pectus suspirare
Quem ignoro præscius timor;
At si tandem respirare
Spero, nouus surgit tremor.
Cogit, &c.

Sed cur vili mœrore
Serena turbo sydera?
Pastor sub quercu amnosa
Fulminibus irridet,
Graue quamuis minetur
Cœlum, & arundineo
Carmine mulcet Oues,
Tonitru quassata
Ignea micans rima
Coruscâ dum percurrit nimbos luce,
Et nostrum metuet Cor sub tanto Duce!

Iræ

Iræ faces
Factæ edaces
Noſtrum conterunt timorem:
Et rebelles
Perduelles
Hoſtes ſentient furorem.
Iræ, &c.
Ergo quid moror?
Si Rex imperat, corda ſinit horror.
Vria. ..... Sponſa amata
à 2. Vale .... Vale,
Ber. ...... Sponſe amate
Vria. Et certando
Ber. Et pugnando
à 2. Erit tecum Cor ſodale.
Vale, &c.

Finis primæ Partis.

PARS

PARS II.

Dau.  RVDÆ pœnæ, curæ amaræ
Heu desistite, cessate.
Stelo dormit soporosa
Grata Rosa,
Aues dormiunt cum vento,
Vigilatis meo tormento
Solùm vos ò Stellæ ingratæ.
Crudæ, &c.

Ber. Lacrymosæ meæ pupillæ
Fletus nondùm refrenatis.
Cœli rident serenati,
Virent Prati
Herbæ amœnę, rident flores,
Solùm vos ò mei dolores
Vndis lumina turbatis!
Lacrymosæ, &c.

Reg.Co: Bersabea, mi Rex luctus deponite,
Procul recedant lacrymæ
Festiuæ sonent Tubæ,
Omnia murmurent plausu,
Iam . . . .

Ber.Dau. Euentum citiùs narra.

Reg.Co: Ioab vicit armatus pugnando,
Dimicando
Ora pinxit Vriæ mortis color.

Dau. Oh lœtitia;

Ber. Heheu dolor;

Reg.

Reg.Co: Inimici ſic tui meliorem
Non ſentiunt victorem,
Neque ſentit tenellulus Amor.
Dau. Oh lętitia;
Ber. Heheu dolor; Ioab, &c.
Dau. Me Roſis coronate,
Me floribus ſtipate
Amores lœti.
Si Cœlum mihi ridet,
Hoſtium Cor non timet,
Nec vires lethi. Me, &c.

Simphonia horrida.

Vria vmbra De Regno Mortis iremeabile,
Et implacabile
Venit Vria, ò Rex;
Et mecum veniunt fulmina,
Queis punit Deus crimina,
Et mecum venit Nex. De, &c.
Heus Dauid; heus Berſabea, veſtrum
Lacerat Cœlum crimen,
Capiti infeſto ſtat omen infeſtum,
Et grauia parant graue fulmen nubila.
Numen qui dicitur fons Pietatis,
Vltionum quoque dicitur Deus.
Hic percuſſit Pharaonem,
Hic Sampſonem
In Philiſtim excitauit,
Contra te ſpicula armabit,
Dum flagitijs Cœlo es reus. Numen, &c.
At

At si pendentia cupis
Tela euitare, & Cœli
Iras frangere vltrices,
Vincat, vincat Contritio
Triumphans sit, & Victrix Pœnitentia.
Cor atritum,
Cor contritum
Non despiciet Cœli Dux.
Dei vincitur Clementia
Pœnitentiâ,
Quæ est sacra cordis lux.
Cor, &c.
Dau. O' Pietatis auctor, ò spes fida,
„ O' Fons misericordiæ, ò certa salus,
O' bonitas æterna,
„ Quæ respicis errantes,
„ Quæ peccantibus parcis,
Quæ pietoso in sinu
Recolis; corde atritos,
Ah miserere nostri, miserere
Secundùm magnam tui misericordiam,
Non secundùm delicta
Quibus tibi sum reus.
Reg.Co: Vincitur sola Pœnitentia Deus.
Dau. Tibi dixit Cor meum,
Miser, & inops sum, & tota die
Contristatus ingredior;
„ In gemitu laboro,
„ Stratum lacrymis rigo;
Aspergo caput cinere, & cilicio
Fœda-

Fędata tego membra;
Hyemis tangit me dura inclementia.

Reg.Co: Sola vincitur Deus Pœnitentia.

Dau. Cœlos aperi Domine,
Tuos inclina oculos;
Humilitatem meam, vt aſpicias.
„ Tibi confiteor tibi
„ Magnam animæ errantis iniuſtitiam.
„ Ah parce mihi, parce,
Ne crimina reſpicias,
Sed Clementia tua triumphans ſplendeat.

Vr.Vm. Gaudete, iubilate
Animæ fortunatæ
Animæ electæ.
Manus Dei non eſt armata
Ira Poli eſt placata,
Et vos Cęlo eſtis dilectæ. Gaudete, &c.

Ber. Lætentur Cœli, lætetur Mare
Gaudeat Cœlum, lætetur Cor.
Pepercit culpæ numen amaræ
Venit lætitia fugijt dolor. Lętetur, &c.

Dau. Homo diſcat pœnitere,
Diſcat flere
Io triumphet Pœnitentia.
Nobis ſtat exemplum, Duce
Chriſto, auguſta in illa Cruce
Vbi fixa
Languet Patris Sapientia.
Homo, &c.



F I N I S.